

O.
e. 10, 12.



3974. Q.d. 20(18) R.3.

Aug. 16. 8. 2.

MAGDALENÆ CONVERSIO, ORATORIUM

SEU

DRAMA SACRUM MUSICIS ADAPTATUM CONCENTIBUS

In Ecclesia Ss. TRIADIS

Nobilis Parthenij Soc. D. Ursulæ

A JOANNE BERTHOLDO ab
Höffer, Inclyt. Ducatūs Carnioliae Altiorum Tri-
bunalium Assessore; Academiæ Phil-Harmoni-
corum Directore.

*Die 10. Mensis Aprilis M. DCC. XV.
Productum.*

SUPERIORUM PERMISSU.


LABACI, Formis, Joannis Georgij Mayr, Inclyt. Prov. Carn. Typog.

297038

16. II. 1979



INTERLOCUTORES.

MAGDALENA.

Poenitentia.

JUVENTUS.

ARGUMENTUM.

S. Maria Magdalena, publica olim in civitate peccatrix, publicum esse voluit pœnitentiæ exemplar; Juvenili ardore correpta, cupedijs fræna laxavit, tum altiori spiritu commota Marssiliam petijt, ubi spredo ardore vescano, amore Sponsi sui Christi 30. annos egit in solitudine; non alio quam durâ rupe, lecto usa, nec alio cibo, quam herbis pasta; oratione, lachrymis, & jejunio ad extremum indulxit.

In culpam incidisse naturæ est, dolere virtutis. S. Ambrosius.

MAGDALENÆ CONVERSIO.

Magdalena; Pœnitentia, & Juventus.

Juventus. Siste gressus amica.

Magd. Ecce consisto amata, quale nomen tibi
sit, quæso, indica mihi?

Juven. Juventus ego sum, utilis tibi.

Magd. Ad cujus artis studium animus tuus in-
cumbit?

Juven. In voluptatis erudita palæstra amicis vo-
luptuosè vivendi aperio modum.

Magd. Humanitati tuæ igitur me, O dilecta
commendo.

Juven. Documenta mea audi, & tibi jucunda
portendo.

Frange vincula pudoris,
Esto amica libertatis,
Vibra jacula amoris,
Arte armata vanitatis. Frange, &c.

Magd. Magdalena curre semitas voluptatis,
quia breves deliciæ sunt humanitatis.

Pœnitentia. Si breves deliciæ sunt, non sunt
amandæ.

Ju-

- Juven.* Imò, quia tales sunt, citò sunt degustandæ.
- Magd.* Ni fallor, tu magistra mœroris.
- Pœnit.* Non vides misera tenebras tui erroris.
- Magd.* Voluptatis deliciæ amænæ,
Vos serenæ,
In me semper constantes regnate:
Vos odores,
Pulcherrimi flores,
Me benigni, vos concinnate. Vo-
lupt. &c.
- Juvent.* Amor, cantus, deliciæ, sunt fructus ju-
ventutis.
- Pœnit.* Sunt fructus, sed amari.
- Magd.* Amari, insipidi sunt, sed tempore sene-
ctutis.
- Pœnit.* Tunc cognoscet infelix, errores juven-
tutis.
Si tu credis juventuti,
Mente sana tu non es,
Sunt mendacia ejus verba,
Anguis latitat in herba,
In insidijs quidem es. Si tu, &c.
- Juvent.* Veri non convenient hyemales algores.
- Pœnit.* Rosis tamen non desunt spinosi dolores.
- Magd.* Sine spinis innocentes ego colligo flores.
- Pœnit.* Aliquando è floribus crumpunt mor-
tis errores.
- Ju-*

Magd. In cinere, & cilicio manducabo conti-
nud panem doloris.

Pænit. Pupillæ lachrymantes,
Videbo vos lætantes,
Vos beatæ,
Fortunatæ,
Si plorabitis constantes. Pupil-
læ, &c.

Magd. Consilijs, O Pœnitentia adhæreo tuis
Marſſiliam adibo, & ibi in horrido
specu, oratione, lachrymis, & jejunio
delicta mea delebo.

Pænite Et ego semper tecum ero, & cœli se-
mitas te pœnitentem docebo.

Magd. Ibi omnibus spoliata ornamentiſ hispi-
da vesta induta, perpetuò lachry-
mabor.

Pænit. Vade Magdalena felix, vade te confo-
labor.

Magd. Vado in horrida dēferta,
DEI amore in flammata :
Ite mundi oblectamenta,
Juventutis blandimenta,
Quia DEO sum dicata. Vado, &c.




Narodna in univerzitetna
knjižnica



00000445905

F I N I S.



NARODNA IN UNIVERZITETNA KNJIŽNICA

DS I 297 038

CORISS 2